



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.17. Fecit lutum. Opus hic declaratur Redemptionis & id quod ait D. Ioannes. Quod factum est ipso, vitæ erat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

tes impleuit, quod diuina cōtra illas iniuria de-
 creuerat. Ceterū quōd grandinem acceperit, &
 gelū vt educeret, accenderetque ignem, nec non
 virtutem eius excitaret, signū est tale, quāle vel
 nullum. Hic autem per omnia potentissima Dei
 virtus innotescit: etenim grando & glacies in
 manibus cuiuscumque hominis vim habent ex-
 tinguenti ignē etiā vehementissimū in manibus
 autē omnipotentis ipsa est glacies quæ ignē ac-
 cendit, ignē conferuat, ignemque corroborat, ve-
 tentum Dei manus sola operari potest & quicū-
 que producere, effectum, quocumque melio ei
 placuerit, quantum per illud natura effectus pro-
 ducat contrarios, nec in hoc tamen vllam infert
 rerum naturæ violentiā. Quia vt dicit D. Aug. nō
 hū est magis euilibet creaturæ naturale, quā
 imperio sui Creatoris obedire: quāuis enim
 quælibet creatura suā propriā habeat inclinatio-
 nem naturalem, ad aliquā vniū sibi conueniēs
 determinatā, luxuria suam naturam, eo modo vt
 non possit ad aliud contrarium inclinari, nisi sui-
 ferendo violentiam: verum tamen sicut prima &
 radicalis inclinatio creaturæ ea est, vt suo sit
 subiecta Creatori. & in omnibus, ac per omnia
 eius obediat prompta imperio: hoc dicitur, ope-
 rari & facere magis naturaliter, secundū incli-
 nationem naturæ suæ quod auctor naturæ supie-
 mus vult vt operetur. Hoc docet Philosophia,
 hoc euidenter probat S. Theologia, hoc ipsūms
 eloquiū clamat dicendo iuxta illud Salomonis.
 Hoc enim mirabile erat, in aqua, quæ omnia extin-
 guit, plus ignis valebat, &c. Et quocumque tempore, in
 aqua supra virtutē ignis, exardescēbat vniūque &c.
 nix autem & glacies sustinēbant: vniū ignis, & non
 tabescebant. Vt sapior loquitur Salomon de igne,
 de nix, de grandine, de glacie, sicut de eo qui
 cum libertate operatur, etenim exardescere o-
 pus est eius, qui in eo procedit secundum in-
 teriorem naturæ suæ inclinationem: Ignis igitur,
 ait, exardescēbat, nouasque resumebat vires in
 ipso frigore nix, glacies & aquarum, quæ in
 illis exardescēbat: nec in hoc tamen vllam pa-
 tiebantur violentiam, quātinus omnis iuxta na-
 turalem suam operabantur inclinationem: quia
 illa, sicut & aquæ, operabantur secundum id,
 quod illis, se velle de clarabat Dei potentissima
 voluntas: quocirca canit Dauid, Ignis grando, nix,
 glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum
 eius.
 Ex prædictis euidenter infero, quōd Christus
 Dominus, quando luto voluit oculos huius cæ-
 ci, lumen illi largitus, per hoc intenderit mā-

nifestare in hoc opere: opus hoc esse Dei: quia
 in illo operari volebat iuxta modum Deo pro-
 prium, qui per contraria media ipsos producit
 effectus: etenim vt natura Dominus absolutus
 vult eos produci: quod mirabili modo in huius
 cæci illuminatione innotescit: quia vt visum illi
 tribuat, oculos eius loco obliuit. En tibi hic lu-
 cem celestem Christum, quæ ratione diuinæ
 suæ virtutis claritatem manifestet in tenebris:
 non in eo quod simpliciter cæco restituit ocu-
 los, sed medio contrario; luto oculis obliuens,
 & quia lutum ex se non potest oculos cæcis da-
 re: lumen sed potius eosdem obcæcare; opera-
 tur, sicut Deus, quoniam modo sibi placet, & quomo-
 dolibet medio.

**§. 17. Fecit lutum. Opus hic declaratur Re-
 demptionis & id quod ait D. Iohannes. Quod
 factum est ipso, vita erat.**

Descendendo magis ad particularia in hu-
 manis cæci illuminatione, declarat Christus
 præclariora sua ac magis stupenda ope-
 ra; & facientis in tenebris illis lux illa diuina
 resplendet. Lucem illam emittamus creationis:
 hic enim se hominis ostendit creatorem: vt
 omnes SS. Patres adnotarunt: qui namque (prout
 ad rem expendunt D. Irenæus, & notat D. Chry-
 sostomus: ex quo sumpsit D. Thomas) ex luto huius cæci
 teneriorem partem humani corporis efformā-
 uit, & quæ minus quid cōmune habet, cum Iohā.
 luto scilicet oculos, sufficiens probat, quod ip-
 se sit, qui corpus eius de luto composuit: *Vniuer-
 sa creatura homo est. præstantissimus* (asserit D. D. Chry-
 sostomus) *& inter membra nostra oculus: Ho. 55. in
 manū hęc a proportione paruus sit, maxime tamen ne-
 cessarius: qui totum corpus gubernat, sicut lucerna
 omnium memororum: quod enim sol mundo, hoc
 oculus corpori: ext. nō solē omnia perducunt, &
 turbantur. ita amissis oculis, pedes, &c. Quare vt
 regio quodam loco in altiori corporis parte sedem
 feratur, & ceteris præstat sensibus. Ad opera
 procedamus Christo præcipua propter quæ venit,
 Opus de quibus ait: *Nō oportet operari opera eius, qui
 misit me. Quorum omnium primiceriū ac prin-
 cipale statui ut humani generis redemptio. Hoc
 opus est eminenti simū, de quo prædixit Iſaias, humani
 re-nouat Dōctor gentium: quod nec oculos vi-
 dit, nec auris audiuit, nec creari vult capere potuit
 intellectus, opus suæ sapientię, inquit idem Do-
 ctor gentium, vt illud nec hominis, nec Angeli
 comprehendere possit.**

X.
 Quæ
 sit crea-
 turæ
 natu-
 ralis
 opera-
 tio.
 Lib. de
 Mira-
 bi. S.
 script.
 ca. 22.

Sap. 16
 17.

XI.
 Om-
 nes
 crea-
 turæ
 obe-
 diunt
 crea-
 tori.

Pf. 48.
 21.

34

21.

1. Cor. 2.8

comprehendere valeret ingenium. *Quam de-*
mo Principium huius seculi cognovit.

Hoc opus non tantum in eo, condidit, quod
Deus nos a servitute vindicavit diabolica, vitam
dedit, nostramque mortem occiderit: damna
nostra reparavit, pauperitatem ditaverit: hoc etiam
intelligere nullus erat negotij: cum nulla
Deo sit difficultas, qui per essentiam, vita est, æ-

I. I.

In quo
principa-
liter hoc
opus cõ-
sistat.

terna gloria, thesaurus, infinitus, bonorum aby-
sus, largiri vitam, gloriam tribuere, divitias, bo-
naque concedere: Et hoc capiebant Iudæi futu-
rum aliquando beneficium redemptionis, ventu-
rum Messiam, divitem, potentem, in tantum
ut illis perfectam tribueret libertatem, tempo-
ralem, & copiosam bonorum temporalium a-
bundantiam. Huius autem operis mysterium
latet in modo, & medio: quod scilicet Deus
per mortem vitam tribuerit, per inopiam divi-
tias, per vincula libertatem, per immentas
penas & ignominias non tolerandas ipsam æ-
ternam gloriam, per crucis in terra opprobrium
ascensum in cælos gloriosum.

Hoc est illud opus adeo sublime, ut illud hu-
mana non valeret capere sapientia: quocirca
Gentiles ipsum, Iudæam, & Iudæi scandalum
esse indicant, teste Apostolo: quod Deus descen-
dat, & moriatur, fieri nequit, aiebat Gentilist:

1. Tim. 1.23

est enim Deus immortalis. Incepit Christus iam
morti vicinus declarare Iudæis: *Oportet exalta-*
ri filium hominis pro mundi totius redemptione:
Confestim omnes in medium presserunt, averten-
te: Absit hoc omnino: *Non audiamus, ex lege,*
quia Christus manet in æternum. Et quovis modo in-
dicis: Oportet exaltari filium hominis? Qui fieri
potest, ut ipse moriens tibi vitam tribuat? qua
ratione mundum ipse salvabit, qui salutem in
cruce pendulus amittit? Quando Deus Saulem
elegit in ducem populi, dicens, quod per homi-
nem illum natum de tribu Benjamin, omnibus
inferiori, de manu liberaret illos Philistinorum,
à quibus in arcem cogebantur: de rei veritate
illos dubium apprehendit, quærentes: Non sal-
utare nos poterit iste? Inefficax videtur hoc reme-
dium & debile nimis ad evertendas adeo poten-
tes nostrorum vires inimicorum. Habuerunt illi
ve opotusum, & impossibile, quod vis quidæ tanta
pressus inopia, quanta Christum conspiciebat
laborare: ipsos esset redempturus, mortuus, &
crucifixus. Porro perpende hic declaratum, hoc
Dei opus: qui per medium adeo visum, contra-
rium, nempe per pulverem & lutum, illum lar-
gitur adeo lucidum, ut omnes in admirationem
tapiat spectatores: non enim est lutum tale qua-

1. Reg. 10.
27.

le, sed lutum assumptum postumque in mani-
bus Dei, & hoc quod ex se, quia lutum est, non
potest, nisi obsecrare, quia Dei manibus impo-
nuntur, qui lux est, dare poterit oculos cecumque
illuminare.

Secundum hæc ut arbitror, voluit per hoc o-
pus Evangelista declarare verba ille quæ primo
Evangelij sui capite præmiserat: *Quod factum est illud*
est in ipso vita erat: ut illa perpendit D. Ambrosius,
Notat D. Ambrosius, verba illa variam habere le-
ctionem, secundum varias interpunctiones. No-
tur in
nulli ponunt distinctionem in illo: *Quod factum est*
est: & legunt: Omnia per ipsum facta sunt, & sine
ipso factum est nihil, quod factum est, & cum no-
va sententia legunt id quod sequitur: in ipso vi-
ta erat. Alij punctum scribunt post illud? Sine
ipso factum est nihil: & novam itaunt senten-
tiam: Quod factum est in ipso, vita erat. Prima lec-
ctio communis est, & illum secuti sunt (inquit
ille) Doctores Alexandrini ac Egyptij, ubi in-
ter illos monachos quidam erant cultiores lit-
teraturæ consiliosum: & iuxta illam dicunt,
quod D. Iohannes dicere voluerit, quod quidquid
esse habet, factum sit per diuinum verbum in
creatione, quodque per ipsum in sua gubernatione
conseruetur, ita ut sine eius virtute in ni-
hilum cuncta reciderent. Limmertus (inquit) l-
teram lectionem: Quod factum est in ipso, vita
erat. Eo quod sic legeret Arius: illum huius allu-
mens, ut suum errorem, stabiliret: quod totum
quod in Christo erat, factum esset & creatum.
Cæterum meo quidem iudicio, respondet præ-
fatus Doctor, quod si bona sit illa, est & hæc
bona pariter, & non solum errori non suffragatur
Arij, quinimo illum evertit diuinaque de-
clarat mysteria. Solutio sit fidelibus illa, distinctio:
Ego non verborum legere, quod factum est in ipso, vita
erat, & nihil habet, quod teneat Arius, quia non de cap-
illus venena considero, sed lectionis sacra consuetu-
dinem recognosco. Aperi aures paululum. Et audi
dicentem quod factum est in ipso, vita erat: in ipso
inquit factum est, non Dei verbum factum est. Iam
supponit D. Iohannes illud ipsum, quod non sit
factum, sed à Patre genitum: In principio, erat
Verbum. Hoc ipsum ab æterno est, p̄t̄ro in ipso
multa facta sunt in tempore. De his imple disputat,
hæc ipsum variis S. scripturæ locis exponens
verumtamen hæc ipsum (aristoteli eundem D.
Evangelistæ verbis conabor explicare: ut idē
ipse in alio loco declarat, quod in hoc dixit: Ne
putas argumentum esse ingenij, non testimonia ve-
ritatis. Ipse se ipsum D. Ioa. explicet. Ipse tenuit D. AMBR.
filium, ipse qui in Christi pectore recumbent, ipse Tom. 4.

44
Ioh. 1. 3.
p. 136. Noa
confunde-
tionem, le-
tur in
tempore
malo.
III.
Hæc D.
10. sen-
tentia bi-
farã ex-
plicatus.

tui secreta sua Dominus revelavit, cui Petrus in-
vinit ut Dominum interrogaret, ipse exponat, quid
sensit de eo quod ait; quod factum est in ipso, vi. a
erat. Audi ergo interpretationem quia unus Ariane
calumnias iam cauebat: quid ait? quod per specu-
latus, & manus nostra scrutatae sunt de verbo vita
& apparuit nobis. Vides hic, inquit D. Ambros.
quid factum sit in Christo, hoc quod nostris ap-
paruit oculis, hoc est nostra vita. Caro ergo que
in Christo apparuit, vel Christus in carne, ipse est
nostra, omnibus vita.

TV. Quid factum sit in verbo?

Hoc perfectus argumentum ulterius inquirit, quid factum sit in verbo: factum non fuit esse divinum, vel divina persona: nam hoc fuit ab initio. Porro in ipso facta fuit in tempore natura humana, nostra caro, sanguis noster, nostra paupertas, nostra mortalitas: cetera, verbera, passio, mors, sepultura. Hæc omnia, inquit, nostra est omnibus vita: nostra enim caro in nobis ipsis, mille principium est malorum tristisque mortis: illa vero, que facta est in ipso, nostra est vita & salus. Mors in nobis occidit: in ipso vero, vitam tribuit: paupertas in nobis inopes efficit: verum in illo nos divites facit: sepultura in nobis ad corruptionem ducit: in ipso autem nos ab ea liberat. Quid ultra moror? Ipse loquatur Ambrosius: Quod factum est ergo, in ipso vita erat. Caro facta est in ipso, vita est: infantia facta est in ipso, vita est: iudicium factum est in ipso, vita est: mors facta est in ipso, vita est: vitium factum est in ipso, vita est: illatio facta est in ipso, vita est: divitio facta est in ipso, vita est: sepultura facta est in ipso, vita est: resurrectio facta est in ipso, vita est. Vide quomodo in ipso facta sunt, quibus vita nostra facta conuersio est, ut que perierat redderetur. Ad postremum venditio facta est in ipso, vita est: ad mortem venditio à Iuda, emptus à Iudeis ad montem, ut pretio eius sanguine nos redimeretur ad vitam. Hæc est vita, que facta est, hæc est vita que apparuit, hæc est vita quam audimus. Hæc est vita que erat apud Barrem: quia ipso postea est natus ex virgine, ut esset vita mortuorum. Ad huius confirmationem adducit, quod ait Dominus seipsum comparans grano frumenti: in cuius morte vita consilistit granorum, que ab ipso enascentur, similiter & illud Vatis Hieremie: In umbra eius vivemus: in umbra eius nostra est omnium vita. Eius, inquit umbra, est ea que nos erat, dum brachia sua in cruce lauis extendit. Umbra, quam ea de causa postulat, vocabatur David alarum vmbra extendatur: Sub umbra alarum tuarum protegit me. Si hoc minime intellexeris: Man-

Toan. 12. 24. Toron. 4. 24. V. Quam vitam habeat umbra Dei. Es. 16. 8. Hieron. Bapt. de Lavaz, Tom. III.

festentur opera Dei in illo: Hoc opus perpende: lorum de tua factum salua, & in tuis manibus excoecat, visum adiunt, & hoc tantum in te operatur: in manibus autem Salvatoris, civi- que salua compositum, lux est, & huic cæco, omne bonum: quia per illud lumen restituit, damnique restituit rinvictum.

§. 18. Manifestentur opera Dei. Declaratur hic opus illuminationis mundi, & Sacramentorum, nec non doctrina veritas Evangelica.

Alid hic contemplatur opus D. Chryso-
deklaratum in hac cæci illuminatione, nempe mundi illuminationem. Advenit filius Dei opus illud perfecturus, quia solus hoc poterat: est etenim lux per essentiam. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ut talem misit illum Pater: Dedit e in lucem gentium: & ut talem se fateretur: Ego sum lux mundi. Mundus cæcus erat, nec superna, nec Dei mysteria cognoscebat, illum Redemptor noster illuminavit: & quomodo? Cut Christus hunc cæcum. Domine, si statutum tibi situs, leui sit oculos visumque dare huic cæco, nonne sumple- magis secundum rationem fuisset, quandoquirit: nou- dem tuis stellis concludas manibus, ut duas ex stellis, eis oculatorum eius imponas leucibus: ex illis nongem- enim nullo negotio oculi efficiuntur ipsis stellis mas. lucidiores? quod si in hoc nolis eas expendere, nec adferre cæco, numquid tibi est impossibile de terra duos adamantes, seu crystallos, seu vi- tra saltem sumere, que ex se, cum diaphana sint, proximam habent recipiendæ claritati seu luci dispositionem? Poterat & hoc, verum non tanta fuisset huius operis eminentia, quanta fuit, cum puluerem accepit, illum saluæ commiscuit, lutum composuit, illoque cæci oculos occiperit, & illuminavit. En tibi hic mundi illuminatio. Cæcus erat, ut prædixi; Domine, numquid multo facilis fuisset duabus stellis, angelos cæli dieo, illum illuminare, illum erudire, qui cum sint doctissimi magistri, hæc nullo negotio exequentur? Vnicus Angelus, quem misisti populo tuo cæcipientem prædicatorem, sufficiens erat, ut paucioribus illum rationibus illuminaret, & tantam ei culpam suarum cogitationem ingerat, ut in tantas prorumperet lacrymas, ut locus ex illo tempore dictus fuerit: Locus flentium. Si hoc non placuerit, sumito mundi adamantes Philolophos, Oratores, & he- M m tores,

45. H. m. 4. in 1. ad Co. einth. Isai 49. 6. III. hoc. I. magis. II. Per quos fuerit illumina- tus mundus. II. 2.

